

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

[Initiale]

urn:nbn:de:bsz:31-67095

inter se positas, quandam inuicem cognationem ostendere ex eo quod proximis nominibus appellentur, Harmenios scilicet, Arabes & Erembos. Et quemadmodum existimandum est unam gentem in tres esse diuisam, pro climatum diuersitatibus, quæ semper magis magisque immutantur, sic & nominibus pluribus uti pro uno. Nec sunt audiendi, qui ^{egreptos} scribunt. Id enim maxime Æthiopibus conuenit. Poëta etiam eos Arimos uocat, quos Posidonius dicit esse accipiendos, non in loco ullo Syriæ uel Ciliciæ, uel alius terræ, sed Syriam ipsam. Nam Arimæi sunt, qui in ea habitant, & fortasse Græci eos Arimæos, uel Arimos uocabant. Nominum enim mutationes permultæ sunt, præsertim Barbarorum, quemadmodum Dariacem Dariū, Pharzirim uero ipsam Parysatim, Atargatam Atharam, quam Ctesias Dercetò uocauit. Arabum opulentia testis est Alexander, qui eam (ut fama est) regiam efficere constituerat, postquam ex India rediisset, sed omnia eius consilia morte sunt euerfa. Atque unum ex ijs, quæ ille moliebatur, erat, si sponte fuisset receptus, si minus bellum expectarent. Nam cum eos uideret nec prius, nec posterius legatos misisse, ut in superioribus dictum est, se ad bellum comparabat.

Armenij.
Arabes.
Eremni.

Arimi.

Arimæi.

Dariaces.

Darius.

Pharziris.

Parysatis.

Atargata.

Athara.

Dercetò.

LIBRI DECIMISEXTI FINIS.

ARGUMENTVM DECIMISEPTIMI.

Decimusseptimus totam Ægyptum atque Libyam continet.

STRABONIS
GEOGRAPHICORVM
LIBER DECIMVSSEPTIMVS.



Nilifigura.

VONIAM in Arabia peragrandam sinus eos complexi sumus, qui eam stringunt, ac peninsulam faciunt, Persicum scilicet atque Arabicum, cum hoc etiam Ægypti pars quædam lustrata est, & Æthiopiæ Troglodytica scilicet, & sequentia usque ad extrema terræ, quæ cinnamomum fert, nunc reliqua ijs gentibus continua explicanda sunt, quæ circa Nilum iacent. Post hæc Libyam, quæ totius geographiæ reliqua est, percurremus. Sed prius Eratothenis sententiæ exponendæ sunt. Is enim dicit, Nilum ab Arabico sinu occidentem uersus distare nouem millibus stad. eumque circa ostia similem esse, uelut literæ resupine iacenti. Fluens enim (ut ille inquit) à Meroë, ad septentrionem, per duo millia ferè & septingenta stadia, rursus conuertitur ad meridiem, & hyemalem occasum, per tria millia ferè & septingenta stadia, & quasi contra Meroë affurgens & multus in Libyam egressus, & flexum alium ad septentrionem efficiens, per quinque millia & trecenta stadia defertur in magnum cataractem, paululum ad auroram conuersus. Per mille uero & ducenta in minorem cataractem, qui est Syenæ proximus, per quin

quinq; mill
ab oriente d
tur Astabo
bam uocan
fluat, atq; h
pra Astabo
nomine qu
les habent, c
& reginam
lum ex utra
prij finitim
qui Meroë p
stra uero cu
que ad Nil
spartiti. Eg
tria millia &
dum est, & p
damus. Nil
communia
quens, quæ
tam undiq;
omnem Æ
Ægyptum
& Elephan
mare emitte
degunt, tum
longe à nob
gentes, in lo
tur enim rec
rege constit
agricolas, a
quæ ad hor
artes specta
& astronon
cturas diuis
est in totide
di præfectu
hæ præfectu
diuise fuer
erant. Op
nuas finiu
do, nunc in
tur ab alien
ortum cred
Phœnicibu